

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA

KUL

V 10326/1904

V 10326A/1904

Biblioteka Uniwersytecka KUL



1001441848

DIRECTORIUM
ABBATIÆ AD S. THOMAM
VETEROBRUNÆ ORDINIS
EREMITARUM S. P. AURELII AUGUSTINI.

ANNO DOMINI

MCMIV.

BRUNÆ.

EX TYPOGRAPHIA PONTIF. BENEDICTINORUM RAJHRADIENSIIUM.
SUMPTIBUS ABBATIÆ



V 10324

BIBL. Jag.
1954 D

JESUS ✝ MARIA.

ANNUS DOMINI

M C M I V.

Festa Mobilia:

Septuagesima	31. Jan.	Pentecost.	22. Maji.
Dies Cinerum	17. Febr.	Corp. Christi	2. Junii.
Pascha	3. April.	Dominicae post Pent.	26.
Ascens. Domini	12. Maji.	Dom. I. Advent.	27. Nov.

Quatuor Tempora:

1. Vernal.	24., 26., 27. Febr.	3. Autumn.	21., 23., 24. Sept.
2. Aestiv.	25., 27., 28. Maji.	4. Hiem.	14., 16., 17. Dec.

Pertinentia:

Lit. Dominicalis	e b.	Indictio Romana	2.
Aureus Numerus	5.	Litera Martyrol.	n.
Epacta	XIII.		

Abbreviatura:

M. S. = Meruit supremos.

Notanda.

(E Decretis S. Rituum Congregationis et e Rubricis.)

1. In divino officio ad ammissim observandae erunt Rubricae generales Brev. Romani ac etiam peculiaries Ordinis nostri. Rubr. Ord. Gen. n. 3.

2. In choro si aliquod oriatur dubium, standum est Kalendario, nisi error sit evidens. Ibid. n. 4.

3. Regulares uti non possunt Kalendario dioecetano; sed tantum tenentur ad recitationem officii de principali loci Patrono et de Titulari Ecclesiae Cathedralis sub ritu dupl. 1. cl., atque etiam (in civitate tantum) de eiusdem Eccl. Dedicatione sub ritu dupl. 2. cl., sine Octavis; et ad observantiam Festorum, quae de praecepto sunt in Dioecesi, ubi commorantur: de quibus recitare possunt Officia, etsi propria, si concessa fuerint expressim pro Regularibus. Ibid. n. 5.

4. Praeter quae (festa in Kalendario Ordinis perpetuo) non licebit Officium facere de Sanctis non comprehensis in Romano vel nostro Kalendario: neque de Simplici facere Officium Semiduplex, aut de Semiduplici facere Officium Duplex, aut aliter Breviarii ordinem immutare. Ibid. n. 6.

5. In Suffragiis Sanctorum Regulares (secus Clerus saecularis ex specialibus decretis) quia ponunt commemorationem proprii s. Fundatoris, et apud nos etiam Sanctorum Ordinis, agere non debent Commemorationem Patroni loci, sive Regionis . . . Sed tantum Commem. Titularis . . . propriae Eccl., . . . aut Patroni (eiusdem Eccl.) Ibid. n. 45.

6. Regulares, tanquam parochi, vel vicarii ecclesiarum praefecti non possunt nec debent recitare officium et missam celebrare iuxta Calendarium dioecesis, in qua ecclesiis deserviunt, sed tenentur ad Officium Ordinis, ad quem per professionem religiosam pertinent; in diebus tamen festis missam pro populo celebrare debent ut in Calendario dioecesis. S. R. C. 23. Mai. 1846.

7. In Dominicis, Festis fori et in festis abrogatis obligatur Curatus parochiae Missae sacrificium pro parochianis offerre. — Vigore Facult. dioecesi Brunensi ad quinquennium elargitae Missam pro populo ex rationabili causa in alium hebdomadis diem transferre licet. (Curr. 11. a. 1893.)

8. Oratio tertia „ad libitum“ in Missa eligenda etiam tunc non omittitur, quando ex jussu Summi Pontificis vel Episcopi aliqua specialis oratio pro publica necessitate apponenda est, quae 4. loco dicitur.

9. Sacerdos stans incensum ponit in thuribulo et genibus flexis thurificat triplici tantum ductu SS. Sacramentum, cum profunda capitis inclinatione tam ante quam post incensationem. S. R. C. 26. Mart. 1859. Celebrans thurificans altare, in quo est tabernaculum cum SS. Sacramento, genuflectit, antequam in-

censationem incipit, et quotiescumque transit ante medium altaris, etiamsi non sit expositum SS. Sacramentum. Rit. celebr. miss. tit. IV.

10. Ex decreto generali S. R. C. 27. Junii 1868 potest in missis defunctorum, cum paramentis nigris, sacra Communio fidelibus ministrari; similiter etiam immediate post Missam; omittenda tamen est benedictio cum SS. Sacramento.

11. In festo Sancti, cujus nomen occurrit in Canone Missae, quum Sanctus iste nominatur, fit inclinatio capitis; similiter, quando in Missa regnans Papa nominatur.

12. In Orat. „A cunctis“ adjiciatur semper post invocationem B. Mariae V. et ante quoscunque alios Patronos, exceptis Ss. Angelis et S. Joanne Bapt. comm. S. Joseph verbis: „cum beato Joseph.“

13. Diebus dominicis per annum dicenda est in Missa Praefatio de SS. Trinitate, nisi aliter notetur.

14. Missae votivae privatae ob causam mere privatam (sive lectae sive cantatae) sunt licitae tantum, quando Officium ecclesiae celebrationis est simplex vel semiduplex exceptis: a) Dominicis. b) Octavis privileg. Nativ. Domini, Epiph., Paschae, Pentec., Corp. Christi, S. P. N. Augustini. c) Vigiliis privil. Nativ. D., Epiph., Pentec. d) fer. IV. Cinerum et per totam hebdom. maj. e) Die 2. Novemb. ob Comm. OO. Fid. def.

15. Regulae pro Missis Defunctorum.

A. Missae quotidianae, quae cantantur vel leguntur extra dies privilegiatas cum 3 saltem Orationibus (ut infra not.), permittuntur resp. prohibentur iisdem diebus, quibus missae votivae privatae sub. n. 14.

B. Missae privilegiatae:

- a) In die obitus seu sepulturae praesente, et e causa sufficiente etiam absente, imo jam sepulto corpore usque ad biduum a sepultura, cum una Oratione et Sequentia, prohibetur missa cantata de Requiem sequentibus diebus: Domin. Paschae, Pentec., festo Titul. Eccl., secundo triduo majoris hebdom. et dupl. 1. cl. festivo de praeccepto (excepta fer. 2. Paschae et Pentec. S. R. C. 2. Sept. 1741). Aliis diebus cantari potest. Prohibetur

quoque in iis locis, ubi unicus tantum sacerdos existit, in diebus domin. et fest. de praecepto, quia cantanda est missa paroch. Transferenda igitur est missa cantata de Requiem in tali casu in primam diem non impeditam. (S. R. C. 26. Jan. 1793.) Quoad missas lectas diebus istis statutum est: In quibuslibet Ecclesiis et Oratoriis quum publicis tum privatis et in Sacellis ad Seminaria, Collegia et Religiosas vel pias utriusque sexus Communitates spectantibus, Missae privatae (lectae) de Requiem, praesente, insepulto, vel etiam sepulto non ultra biduum, eadavere, fieri possunt die vel pro die obitus aut depositionis: verum sub clausulis et conditionibus, quibus, iuxta Rubricas et Decreta, Missa sollemnis de Requiem iisdem in casibus decantatur, exceptis 1. duplicibus primae classis 2. Festis de praecepto, (S. R. C. 8. Junii 1896.) inclusive Dominicis 3. Diebus Duplicia 1. Cl. excludentibus, nempe: Vig Nativ. et Pentec., Feriis IV. Cinerum et hebdom. majoris. (Rubr. Missal. reform. p. I. tit. V. n. 2.)

- b) In die anniversaria obitus vel depositionis sive fundata, sive non fundata, dummodo sit vere anniversaria, (ex Decr. Gen. 2. Dec. 1891), potest cantari Missa omnibus diebus, exceptis tamen: 1. Dupl. I. et II. Cl. 2. Dominicis ac Festis de praecepto. 3. Octavis Nativ. D., Epiph., Paschae, Pentec., Corp Chr., S. P. N. Augustini 4. Vigiliis Nativ. D. et Pentec. 5. Feriis IV. Cinerum et hebdom. maioris. In dictis diebus loco Missae de Requiem alia missa de festo vel feria occurrente cantari non potest per applicationem, sed Anniversarium vi Rubricarum impeditum anticipari potest, et debet, si fieri possit, ne defuncti graventur, vel transferri in primam diem liberam a duplici I. et II. classis, et ab aliis diebus eadem duplicia excludentibus: ut consequenter festum duplex maius Anniversarium, etsi translatum, impedire non valeat. (Ex eod. Gen. Decr.)
- c) Quod autem dictum est de Anniversario, seu in die sua, seu anticipata, seu translata, dici etiam potest ac debet de diebus tertio, septimo, ac trigesimo a die obitus vel depositionis; cum hi dies paribus iuribus fruuntur. (Ex eod. Gen. Decr.)

Anniversaria vero dierum 3., 7. et 30. a die obitus vel depositionis, porro Missae quaecunque cant. de Requiem sine praefixione dierum, sicut Missae privat. de Requiem, prohibentur in omnibus dupl., diebus sub b) expressis, et in Vigil. Epiph.

- d) In quolibet Sacello sepulcreti rite erecto vel erigendo, Missae, quae inibi celebrari permittuntur, possunt esse de Requiem diebus non impeditis a Festo duplici 1ae vel 2ae classis, a Dominicis aliisque festis de praecepto servandis, necnon a Feriis, Vigiliis, Octavisque privilegiatis;

16. In die Comm. OO. Fidel. defunctorum, obitus et anniversaria pro sacerdote dici potest Missa, ut in die OO. Fidel. defunct. (sicuti pro Episcopis) dummodo Oratio Deus, qui inter apostol. sacerdot. dicatur, vel Missa, quae pro die obitus et anniversaria assignata est. (S. R. C. 29. Jan. 1752), cum eadem oratione.

Ut omne tollatur dubium super Orationibus et Sequentia dicendis in Missis Defunctorum, S. R. C. (30. Junii 1896) declaravit:

- a) Unam tantum esse dicendam Orationem in Missis omnibus, quae celebrantur in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, die et pro die obitus seu depositionis, atque etiam in Missis cantatis, vel lectis permittente ritu diebus III, VII, XXX, et die anniversaria, nec non quando-cumque pro defunctis solemniter celebratur, nempe sub ritu qui duplici respondeat, uti in Officio quod recitatur post acceptum nuntium de alicuius obitu, et in Anniversariis late sumptis.
- b) In Missis quotidianis quibuscumque, sive lectis sive cum cantu, plures esse dicendas Orationes, quarum prima sit pro defuncto vel defunctis certo designatis, pro quibus Sacrificium offertur, ex iis quae inscribuntur in Missali, secunda ad libitum, ultima pro omnibus defunctis.
- c) Si vero pro defunctis in genere Missa celebretur, Orationes esse dicendas, quae pro Missis quotidianis in Missali prostant; eodemque ordine quo sunt inscriptae.
- d) Quod si in iisdem quotidianis Missis plures addere Orationes Celebranti placuerit, uti Rubricae potestatem faciunt, id fieri posse tantum in Missis lectis, impari cum aliis

praescriptis servato numero, et Orationi pro omnibus defunctis postremo loco assignato.

- e) Quod denique ad Sequentiam attinet, semper illam esse dicendam in quibusvis cantatis Missis, uti etiam in lectis, quae diebus ut supra privilegiatis fiunt: in reliquis, vel recitari posse vel omitti ad libitum Celebrantis iuxta Rubricas. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

17. De Missa in aliena Ecclesia celebranda S. R. C. (9. Decembris 1895), — decretis tum particularibus tum etiam generalibus in contrarium facientibus, abrogatis — declaravit:

Omnes et singuli sacerdotes, tam saeculares quam regulares, ad ecclesiam confluentes, vel ad oratorium publicum, Missas quum Sanctorum tum Beatorum, etsi Regularium proprias, omnino celebrent Officio eiusdem ecclesiae vel oratorii conformes, sive illae in Romano, sive in Regularium Missali contineantur, exclusis tamen peculiaribus ritibus Ordinum propriis.

Si vero in dicta ecclesia vel oratorio Officium ritus duplici inferioris agatur, unicuique ex celebrantibus liberum sit Missam de Requie peragere, vel votivam, vel etiam de occurrente feria, iis tamen exceptis diebus, in quibus praefatas Missas Rubricae Missalis Romani, vel S. R. C. Decreta prohibent.

In privatis vero Oratoriis Missa semper conveniet cum officio Celebrantis. (Ephemer. liturg. 1896, p. 443.)



Ordo servandus in celebrandis Missis votivis.

Missa votiva	Color	Missa	Gloria	Orationes	Credo	Praefatio	In fine
SS. Trinit.	Albus	Propr.	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Omitt.	Propr.	Benedic. Domino.
Spir. Sancti	Rubeus	Propr.	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Omitt.	Propr.	Benedic. Domino.
SS. Sacram.	Albus	Propr.	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Omitt.	De Nativit.	Benedic. Domino.
Passion.	Violac.	Propr.	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Omitt.	De Cruce	Benedic. Domino.
SS. Crucis	Rubeus	Propr.	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Omitt.	De Cruce	Benedic. Domino.
B. M. V.	Albus	Propr.	Omitt. nisi in Sab.	2. d. curr. 3. de Spir. nisi adsit d. curr. S. (a)	Omitt.	Propr.	Ben. Dom. In Sabb.: Ite Missa est.
Angelor.	Albus	Propr.	Dicitur	2. et 3. diei curr.	Omitt.	Commun. (b)	Ite Missa est.
Apostol.	Rubeus	Propr.	Omitt.	2. diei curr. 3. de Beata (c)	Omitt.	De Apostol.	Benedic. Domino.
Mart.	Rubeus	Propr. vel de Commun.	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Omitt.	Commun. (b)	Benedic. Domino.
Conf. P. et n. P.	Albus	Propr. vel de Commun.	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Omitt.	Commun. (b)	Benedic. Domino.
Virgin. et Viduar.	Albus	Propr. vel de Commun.	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Omitt.	Commun. (b)	Benedic. Domino.
Pro elig. Summo Pf.	Rubeus	Propr. vel de Spir. S.	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Omitt.	De Spirit. S.	Benedic. Domino.
Pro Coron. Pap. et Anniv. Cons. Eppi.	Albus	Propr.	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Dicitur	Commun. (b)	Benedic. Domino.
Ad tollend. Schisma usq. pro Peregr.	Viol.	Propr.	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Omitt.	Commun. (b)	Benedic. Domino.
Pro Sponsis	Albus	Propr.	Omitt.	2. et 3. diei curr.	Omitt.	Commun. (b)	Benedic. Domino.
Pro Defunct.	Niger	una ex prim. vel Quotidian.	Omitt.	unica vel plur. ut in Missal.	Omitt.	Commun.	Requiescant in pace.

(a) In Sabb., quando de ea factum est Officium, 2. de Spir. S. 3. Eccl. vel pro Papa.

(b) Vel de Octava vel de Tempore.

(c) 3. Or. Concede nos famulos, si in Missa diei dicitur Or. A cunctis.

N. B. In fine dicitur semper Evang. S. Joannis: In principio.

JANUARIUS, 31 dierum.

Dies	Feria Color	
		<i>Postquam consummati sunt. Luc. 2, 21.</i>
1.	6. A.	Circumcisio DN. JChr. dupl. 2. Cl. <i>Offic. Paroch. Lect. suo loco. Gl. Gr. Praef. et Comm. de Nativ. In 2. Vesp. com. seq. Orat. propr.</i>
2.	S. R.	Octava S. Stephani Proto-Mart., dupl. <i>Lect. suo loco. com. 1. Oct. S. Joannis. 2. Oct. SS. Innocentium Gl. Cr. Praef. de Nativ. sine Comm. Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. Oct. SS. Innoc.</i>
		<i>Defuncto Herode. Matth. 2, 19—23.</i>
3.	D. Ⓢ A.	Dom. vacat. Octava S. Joannis Ap., dupl. <i>Lect. suo loco. com. Oct. SS. Innoc. Gl. Cr. Praef. de Ap. In 2. Vesp. com. seq.</i>
4.	2. R.	Octava SS. Innocentium. dupl. <i>Lect. suo loco. R. 8. cum Gloria Patri. Te Deum. Gl. sine Cr. Graduale cum Alleluja et seq. V. sine Tractu. Praef. de Nativ. sine Comm. Ite, Missa est. In 2. Vesp. com. 1 seq. 2. S. Telesphori PM.</i>
5.	3. A.	Vigil. Epiph. D <i>sine Jej.</i> de ea, semid. <i>Offic. ut in Circumcis. Dom. praeter Lect. et propr. com. S. Telesphori PM. Non</i>

Dies	Feria	Color
------	-------	-------

dicuntur Suffr. SS. nec Preces ad Primam. Missa propr. Gl. sine Cr. 3. Or. Deus, qui salutis. Praef. de Nativ. sine Comm. — Benedictio Aquae. Offic. Sacr. — Vesp. de seq. sine com. In Hymnis Jesu . . . Qui apparuisti Gentibus . . per tot. Oct. (De Missis votivis et de Req. hodie et per Oct. non celebrandis vide Notanda.) Ad mensam in coena Vig. et per tot. Oct.: Reges Tharsis etc.

Cum natus esset Jesus. Matth. 2, 1—12.

- | | | |
|----|----|--|
| 6. | 4. | Epiphania DN. JChr. dupl. 1. Cl. cum Oct. <i>Offic. Abbatis. Ad Matut. non dic. „Domine labia“, sed dictis Pater, Ave, Credo statim dicitur Antiph. „Afferte“ cum Crucis signo (ut alias ad „Deus in adiut.“). Lect. suo loco. Ad Primam: Qui appar. hodie per tot. Oct. Gl. Cr. Praef. et Communic. propr. per tot. Oct. In Missa solemni dum cant. Evang. ad verba: „Et procidentes adoraverunt . . .“ genuflect. omnes versus Crucem, diaconus vero vers. librum. In Missa priv. Celebrans genuflect. vers. librum. — Vesp. 2.</i> |
| 7. | 5. | De 2. die infra Oct. Epiph. semid. <i>Offic. ut in festo, sed dic. Dom lab., Invit. et hymn. Lect. suo loco. B. 1. Tria sunt. omn. diebus infra Oct. Gl. Cr. 2. Or.</i> |

Dies	Feria Color	
		Deus, qui salutis. 3. Eccl. <i>vel</i> pro Papa. Vesp. 2.
		Hodie mane aperiuntur Nuptiae.
8.	6. A.	De 3. die infra Oct. Epiph. semid. <i>Lect. suo loco.</i> Gl. Cr. 2. Or. Deus, qui salutis. 3. Eccl. <i>vel</i> pro Papa. Vesp. 2.
9.	S. A.	De 4. die infra Oct. Epiph. semid. <i>Lect. suo loco.</i> Gl. Cr. 2. Or. Deus, qui salutis. 3. Eccl. <i>vel</i> pro Papa. Vesp. a cap. de seq. com. Oct. <i>Ant.</i> Interrogabant <i>N.</i> Omnes de Saba.
<hr/> <i>Cum factus esset Jesus. Luc. 2, 42—52.</i> <hr/>		
10.	D. A.	Dom. infra Oct. et I. post Epiph. de ea semid. <i>Lect. 1. N.</i> Init. Ep. I. Cor. <i>R.</i> 1. Hodie in Jordane. com. Oct. <i>Missa propr.</i> Gl. Cr. 3. Or. <i>non dicitur.</i> In 2. Vesp. com. 1. Oct. 2. S. Hygini PM.
11.	2. A.	De 5. die infra Oct. Epiph. semid. <i>Lect. 1. N. de scr. occ.</i> com. S. Hygini PM. Gl. Cr. 3. Or. Deus, qui salutis. Vesp. 2.
12.	3. A.	De 6. die infra Oct. Epiph. semid. <i>Lect. 1. N. de scr. occ.</i> Gl. Cr. 2 Or. Deus, qui salutis. 3. Eccl. <i>vel</i> pro Papa. Vesp. de seq. <i>ut in 1. Vesp. festi.</i> Or. propria.
13.	4. A.	Octava Epiph. Dom. dupl. <i>Lect. 1. N. de scr. occ. R.</i> 1. Hodie in Jordane. <i>Missa propr.</i> Gl. Cr. In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. S. Felicis M.
14.	5. A.	S. Hilarii EpC. ED. dupl. M. S. <i>Lect. 1. N. de scr. occ.</i> 9. <i>Lect.</i> et com. S.

Dies	Feria	Color	
			Felicis M. <i>Missa</i> de Comm. Doct. Gl. Cr. Vesp. a cap. do seq. com. 1. praec. 2. S. Mauri Abb.
15.	6. A.		S. Pauli I. Eremit. C. dupl. M. S. <i>Lect. suo loco.</i> 9. Lect. et com. S. Mauri Abb. Gl. <i>sine</i> Cr. In 2. Vesp. com. seq.
16.	S. R.		S. Marcelli I. PM. semid. <i>Lect. 1. N. de scr. occ. R.</i> 8. Domine praevenisti. Gl. <i>sine</i> Cr. 2. Or. Deus, qui salutis. 3. Eccl. <i>vel</i> pro Papa. — <i>Ab hac die dicuntur Suffrag. SS. usque ad Dom. Passion. exclus., exceptis dupl. et infra Oct.</i> — Vesp. de seq. com. 1. S. Antonii Abb. 2. Dom <i>tant.</i> In Hymn. <i>Jesu tibi sit.</i>

Dom.: Nuptiae factae sunt. Jo. 2, 1—11.
Fest.: Postquam consummati sunt. Luc. 2, 21.

17.	D. A.		Dom. II. post Epiph. Festum SS. Nominis Jesu , dupl. 2. Cl. <i>Offic. Paroch. Lect. suo loco.</i> com. 1. S. Antonii Abb. 2. Dom. cum 9. Lect. <i>Ad prim.</i> Qui natus es. Gl. Cr. <i>Praef. de Nativ. sine</i> Communic. <i>In fine Ev. Dom.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. S. Pauli Ap. 3. S. Antonii. 4. Dom. 5. S. Priscæ VM.
-----	-------	--	---

Omnes Christi fideles vere poenitentes et confessi ac Sacra Communionem refecti, qui hodie vel in uno ex septem diebus subsequentibus cuiusque arbitrio sibi eligendo Missae solemnem vel privatam devote

Dies	Feria Color	
		<i>adfuerint et ibi pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam indulgentiam lucrantur, quam etiam animabus Christi fidelium defunct. per modum suffragii applicare possunt. (Breve Pii PP. IX. die 2. Martii 1866.)</i>
18.	2. A.	Cathedra S. Petri Romae. dupl. maj. <i>Lect. suo loco.</i> com. 1. S. Pauli. 2. S. Priscæ VM. cum 9. <i>Lect. Gl. Cr. Praef. de Ap. Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. S. Pauli. 3. SS. Marii et Soc. Mm.</i>
19.	3. A.	S. Fulgentii EpC. ON. dupl. maj. M. S. <i>Lect. suo loco.</i> 9. <i>Lect. et com. SS. Marii et Soc. Mm. Gl. sine Cr. In 2. Vesp. com. seq.</i>
20.	4. R.	SS. Fabiani et Sebastiani Mm. dupl. <i>Lect. 1. N. Init. 2. Cor. Gl. sine Cr. Vesp. a cap. de seq. com. praec.</i>
21.	5. R.	S. Agnetis VM. dupl. <i>Lect. 1. N. Confitebor. Gl. sine Cr. Vesp. a cap. de seq. com. praec.</i>
22.	6. R.	SS. Vincentii et Anastasii Mm. dupl. <i>Lect. 1. N. de scr. occ. Gl. sine Cr. Vesp. de seq. com. 1. S. Joseph. 2. praec. 3. S. Emerentianae VM. In Hymn. Jesu tibi sit.</i>
23.	S. A.	Desponsatio BMV. dupl. maj. <i>Lect. suo loco.</i> com. 1. S. Joseph. 2. S. Emerentianae VM. cum 9. <i>Lect. Ad Prim. Qui natus es. Gl. Cr. Praef. Et te in De-</i>

Dies	Feria Color	
		<i>Cum descendisset Jesus. Matth. 8, 1—13.</i>
24.	D. A.	Dom. III. p. Epiph. S. Familiae Jesu, Mariae, Joseph. dupl. maj. <i>fol. propr. Lect. suo loco.</i> com. 1. S. Timothei EpM. 2. Dom. cum 9. Lect Gl. Cr. <i>Praef.</i> de Nativ. D. <i>sine</i> Comm. <i>In fine Ev. Dom.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. S. Petri. 3. S. Timothei. 4. Dom.
25.	2. A.	Conversio S. Pauli Ap. dupl. maj. <i>Lect. suo loco.</i> com. S. Petri. Gl. Cr. <i>Praef.</i> de Ap. In 2. Vesp. com. 1. S. Petri. 2. seq.
		Annivers. pro def. RR. Abbate Anselmo † 25. Jan. 1901. Offic. Sacristae.
26.	3. R.	S. Polycarpi EpM. dupl. <i>Lect. 1. N. Init.</i> Ep. Galat. Gl. <i>sine</i> Cr. Vesp. a cap. de seq. com. praec.
27.	4. A.	S. Joannis Chrysost. EpC. ED. dupl. M. S. <i>Lect. 1. N. de scr. occ.</i> Gl. Cr. Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. S. Agnetis VM. secundo.
28.	5. A.	B. Veronicae de Binasco V. ON. dupl. maj. <i>Lect. 1. N. de scr. occ.</i> 9. Lect. et com. S. Agnetis secundo. Gl. <i>sine</i> Cr. In 2. Vesp. com. seq.
29.	6. A.	S. Francisci Salesii EpC. ED. dupl. M. S. <i>Lect. 1. N. Sapientiam. Missa</i> de Com-

Dies	Feria Color	
30.	S. R.	<p>muni Doct. <i>Or. propr.</i> Gl. Cr. In 2. Vesp. com. seq.</p> <p>S. Martinae VM. semid. <i>Lect. 1. N. Init.</i> Ep. Philipp. 9. Lect. et com. Dom. IV. p. Epiph. <i>Ant. Ascendente V.</i> Repleti sumus. Gl. <i>sine</i> Cr. 3. Or. Deus, qui salutis. <i>In fine Ev. Dom. IV. p. Epiph.</i> Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. S. Petri Nol. C. — <i>In fine dicitur</i> Benedicamus Dno, allel. allel., <i>et deinceps non dic. Alleluia, sed post „Deus in adiutorium . . .“ dicitur</i> Laus tibi Dne . . .</p>

Simile est regnum coel. homini patrifam.
Matth. 20, 1—16.

31.	D. Vc.	<p>Dom. Septuages. 2. Cl. de ea, semid. <i>Lect. suo loco. Te Deum non dicitur.</i> Ad Laud. et per Hor. <i>Ant. propr.</i> com. S. Petri Nolasci C. <i>sine Lect.</i> Ad Prim. loco Ps. <i>Confitemini dicitur Ps.</i> Dnus regnavit et <i>Symb. Athanas.</i> Cr. <i>sine</i> Gl. 3. Or. Deus, qui salutis. Vesp. de seq. com. 1. Dom. 2. S. Petri C.</p>
-----	-----------	---

In omnibus Missis usque ad Sabb. ante Dom. Palm. post Graduale omitt. Allel. et V. sequens eiusque loco dicitur Tractus.

Dies	Feria	Color
------	-------	-------

FEBRUARIUS, 29 dierum.

- | | | |
|----|----|---|
| 1. | 2. | S. Ignatii EpM. dupl. <i>Lect. 1. N. de scr. occ.</i> Gl. <i>sine Cr.</i> Vesp. de seq. com. praec. <i>In Hymnis</i> Jesu tibi sit. |
| ③ | R. | |

De Oratione DN. JCh. fit 16. huius.

Postquam impleti sunt dies. Luc. 2, 22—32.

- | | | |
|----|----|---|
| 2. | 3. | Purificatio BMV. dupl. 2. Cl. <i>Offic. Paroch. Lect. suo loco.</i> Gl. Cr. <i>Praef. de Nat. Dom. sine Communic.</i> — <i>Ad Bened. Candel. et Process. c. Viol.</i> — In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. S. Blasii EpM. — <i>Post Compl. Ant. Ave Regina.</i> |
| | A. | |
| 3. | 4. | B. Simonis a Cassia C. ON. dupl. maj. M. S. <i>Lect. 1. N. Justus.</i> 9. Lect. et com. S. Blasii EpM. Gl. <i>sine Cr.</i> In 2. Vesp. com. seq. |
| | A. | |
| 4. | 5. | S. Andreae Corsini EpC. dupl. M. S. <i>Lect. 1. N. de scr. occ.</i> Gl. <i>sine Cr.</i> Vesp. a cap. de seq. com. praec. |
| | A. | |
| 5. | 6. | S. Agathae VM. dupl. <i>Lect. 1. N. Confitebor.</i> Gl. <i>sine Cr.</i> Vesp. de seq. <i>Hymni propr.</i> com. 1. praec. 2. S. Dorotheae VM. |
| | R. | |
| 6. | S. | B. Antonii de Amandula C. ON. dupl. maj. <i>Lect. 1. N. Justus.</i> 9. Lect. et com. S. Dorotheae VM. Gl. <i>sine Cr.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. S. Romualdi Abb. |
| | A. | |

Dies	Feria Color	
<i>Cum turba plurima. Luc. 8, 4—15.</i>		
7.	D. Vc.	Dom. Sexages. 2. Cl. de ea, semid. <i>Lect. suo loco. com. S. Romualdi Abb. sine Lect. Cr. sine Gl. 3. Or. A cunctis. Vesp. de seq. com. 1. Dom. 2. S. Romualdi Abb</i>
8.	2. A.	S. Joannis de Matha C. dupl. M. S. <i>Lect. 1. N. de scr. occ. Gl. sine Cr. Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. S. Apolloniae VM. 3. S. Canuti M. In Hymn. Sit laus Patri.</i>
9.	3. R.	SS. Passionis DN. JCh. dupl. maj. <i>Lect. suo loco. 9. Lect. (hist.) et com. 1. S. Apolloniae VM. 2. S. Canuti Reg. M. (eius Missa in Rom. 19. Jan.) Gl. Cr. Praef. de Cruce. Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. S. Apolloniae VM.</i>
10.	4. A.	S. Guilelmi C. ON. dupl. 2. Cl. cum Oct. <i>Offic. Prioris. Lect. 1. N. Laude- mus viros. Gl. Cr. In 2. Vesp. com. seq.</i>
11.	5. A.	S. Scholasticae V. dupl. <i>Lect. 1. N. de scr. occ. com. Oct. Gl. Cr. Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. Oct.</i>
12.	6. A.	B. Christinae ab Aquila V. ON. dupl. <i>Lect. 1. N. De virginibus. com. Oct. Gl. Cr. Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. Oct.</i>
13.	S. A.	S. Titi EpC. dupl. M. S. <i>Lect. 1. N. de scr. occ. com. Oct. Missa in Rom. (vel fol. propri) huius. Gl. Cr. In 2.</i>



Dies	Feria Color	
		Vesp. com. 1. seq. 2. B. Christinae a Spoleto V. 3. Oct. 4. S. Valentini M.
<i>Assumpsit Jesus. Luc. 18, 31—43.</i>		
14.	D. Ve.	Dom. Quinquages. 2. Cl. de ea, semid. <i>Lect. suo loco.</i> com. 1. B. Christinae a Spoleto V. ON. 2. Oct. 3. Valentini M. Cr. <i>sine</i> Gl. Vesp. de seq. com. 1. Dom. 2. B. Christinae V. 3. Oct. 4. SS. Faustini et Jovitae Mm.
15.	2. A.	S. Cyrilli Alex EpC. ED. dupl. M. S. <i>Lect. 1. N. de scr. occ.</i> com. 1. Oct. 2. SS. Faustini et Jovitae Mm. cum 9. <i>Lect. Missa</i> in Rom. (<i>vel</i> fol. propr.) 9. <i>huius.</i> Gl. Cr. Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. Oct.
16.	3. ☉ R.	Orationis DN. JCh. in Monte Oliv. dupl. maj. <i>fuit fer. 3. post Septuag.</i> <i>Lect. suo loco.</i> com. Oct. Gl. Cr. <i>Praef. de Cruce.</i> Vesp. 2. <i>sine</i> com.
<i>Hodie sero clauduntur Nuptiae.</i>		
17.	4. Ve.	Dies Cinerum, de ea, semid. <i>Psalmi grad. Prec. fer.,</i> quae temp. Quadr., quando Offic. fit de temp. dicuntur <i>ad Laudes et omnes Horas flex. gen. in Choro.</i> — <i>Benedictio et impos. Cinerum.</i> — <i>Missa propr. sine</i> Gl. <i>sine</i> Cr. 2. Or. A cunctis. 3. Omnipotens. <i>Praef. Quadrages.</i> usque ad Dom. Pass. exclus., etiam in festis, <i>nisi aliter notetur.</i> — <i>Hodie vetantur Missae votiv. et de Req.</i>

Dies	Feria Color	
		<p>— Incipit <i>Jejunium Quadrages.</i> quotidie servandum, <i>exceptis Dominicis.</i> — Vesp. de seq. com. 1. fer. 2. S. Simeonis EpM.</p> <p>Hodie incipit tempus Communionis paschalis.</p>
18.	5. A.	<p>B. Christianae a S. Cruce V. ON. dupl. maj. <i>Lect. 1. N. De Virginibus</i> 9. <i>Lect. et com. 1. fer. 2. S. Simeonis EpM. Gl. sine Cr. In fine Ev. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. S. Raymundi C.</p> <p><i>Cras Annivers. Patrum, Matrum, Fr., Sor. etc. def. ON. Offic. Def ritu dupl. cum Psal. Lauda et De profundis.</i></p>
19.	6. R.	<p>SS. Spineae Coronae DN. JCh. dupl. maj. <i>Lect suo loco.</i> com. 1. S. Raymundi de Pennafort C. (eius Missa <i>in Rom.</i> 23. Jan.) 2. fer. cum. 9. <i>Lect. Gl. Cr. Praef. de Cruce. In fine Ev. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. S. Raymundi C. 3. fer.</p> <p><i>Pro Anniv. Patrum etc. def. ON. cantetur Missa de Req. Offic. Sacristae. Item omnis sacerdos per se Missam celebrare et applicare tenetur, si non sit legit. impeditus; secus prima die non impedita ipsi oneri satisfaciat.</i></p>
20.	S. A.	<p>B. Cherubini ab Avil. C. ON. dupl. M. S. <i>Lect. 1. N. Justus.</i> 9. <i>Lect. et com. fer. Gl. sine Cr. In fine Ev. fer.</i> In 2. Vesp.</p>

Dies	Feria Color	
		com. 1. seq. 2. SS. Septem Fundatorum Ord. Serv. BMV. (<i>fol. propr.</i>)
		Hodie et per tot. Quadrages. Vesp. dicuntur ante refectionem exceptis Dominicis.
		<i>Ductus est Jesus. Matth. 4, 1—11.</i>
21.	D. Vc.	Dom I. Quadrages. Invocabit. 1. Cl. de ea, semid. <i>Lect. suo loco.</i> com. SS. Septem Fundatorum Ord. Serv. BMV. (<i>fol. propr.</i>) Cr. <i>sine</i> Gl. 3. Or. A cunctis. Vesp. de seq. com. 1. S. Pauli. 2. Dom.
22.	2. A.	Cathedra S. Petri Antiochiae. dupl. maj. <i>Lect. suo loco.</i> com. 1. S. Pauli 2. fer. cum 9. <i>Lect. Gl. Cr. Praef. de Ap. In fine Ev. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. S. Pauli 2. seq. 3. fer.
23.	3. A.	S. Petri Damiani EpC. ED. dupl. <i>Lect. 1. N. Fidelis sermo.</i> 9. <i>Lect. et com. fer. Gl. Cr. In fine Ev. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. fer.
24.	4. A.	Quat. temp. Jej. Vig. S. Mathiae Ap. Offic. votiv. de S. Joseph. semid. <i>Lect. 1. N. Igitur Joseph.</i> 9. <i>Lect. et com. fer. De Vig. in Offic. nil.</i> In Missa: Gl. <i>sine</i> Cr. 2. Or. fer. 3. Vig. <i>In fine Ev. fer.</i> Vesp. de seq. com. fer. <i>tant.</i>
25.	5. R.	<i>Applic. Miss. pro pop.</i> S. Mathiae Ap. dupl. 2. Cl. <i>Lect. suo loco.</i> 9. <i>Lect. et com. fer. Gl. Cr. Praef. de Ap. In fine Ev. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. B.

Dies	Feria Color	
26.	6. R.	Juliae V. ON. 3. fer. <i>In Hymn.</i> Clavis forato et lancea. <i>Quat. Temp. Jej.</i> SS. Lanceae et Clavorum DN. JCh. dupl. maj. <i>Lect. suo loco.</i> com. 1. B. Juliae a Certaldo V. ON. 2. fer. cum 9. <i>Lect. Gl. Cr. Praef. de Cruce. In fine Ev. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. B. Juliae V. 3. fer.
27.	S. A.	<i>Quat. Temp. Jej.</i> S. Margaritae de Cortona Poenit. semid. <i>Lect. 1. N. Mulierem fortem.</i> 9. <i>Lect. et com. fer. Missa in Rom. pro aliq. loc. sub 23. huj. Gl. sine Cr. 3. Or. A cunctis. In fine Ev. fer.</i> Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. B. Josephae Mariae V. ON. (<i>fol. propr.</i>)
<i>Assumpsit Jesus. Matth. 17, 1—9.</i>		
28.	D. Vc.	Dom. II. Quadrages. Reminiscere. 2. Cl. de ea, semid. <i>Lect. suo loco.</i> com. B. Josephae Mariae V. ON. (<i>fol. propr.</i>) Cr. sine Gl. 3. Or. A cunctis. Vesp. de seq. com. 1. Dom 2. B. Josephae Mariae V.
29.	2. A.	Translatio II. SPN. Augustini. dupl. <i>Lect. suo loco.</i> 9. <i>Lect. et com. fer. Gl. Cr. Praef. de SPN. Aug. In fine Ev. fer.</i> Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. fer.

Dies	Feria	Color
------	-------	-------

MARTIUS, 31 dierum.

- | | | |
|----|----------|--|
| 1. | 3.
R. | OO. SS., quorum Reliq. in Eccl. ON. asservantur. dupl. <i>Lect. 1. N. Fratres debitores. 9. Lect. et com. fer. Gl. sine Cr. In fine Ev. fer. Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. fer.</i> |
| 2. | 4.
R. | BB. Petri de Zuniga et Soc. Mm. ON. dupl. <i>Lect. 1. N. Fractes debitores. 9. Lect. et com. fer. Gl. sine Cr. In fine Ev. fer. Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. fer.</i> |
| 3. | 5.
A. | B. Nicolai Albergati EpC. ac olim Protect. ON. dupl. M. S. <i>Lect. 1. N. Fidelis sermo. 9. Lect. et com. fer. Gl. sine Cr. In fine Ev. fer. Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. S. Casimiri C. 3. fer 4. S. Lucii PM.</i> |
| 4. | 6.
R. | SS. Sindonis DN. JCh. dupl. maj. <i>Lect. suo loco com. 1. S. Casimiri C. 2. fer. cum 9. Lect. 3. S. Lucii PM. Gl. Cr. Praef. de Cruce. In fine Ev. fer. Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. S. Casimiri C. 3. fer.</i> |
| 5. | S.
A. | B. Hieronymi a Recineto C. ON. dupl. maj. <i>Lect. 1. N. Justus. 9. Lect. et com. fer. Gl. sine Cr. In fine Ev. fer. In 2. Vesp. com. Dom.</i> |

Dies	Feria Color	
<i>Erat Jesus ejiciens daem. Luc. 11, 14—28.</i>		
6.	D. Ve.	Dom. III. Quadrages. Oculi. 2. Cl. de ea, semid. <i>Lect. suo loco.</i> Cr. sine Gl. 2. Or. A cunctis. 3. Omnipotens. Vesp. de seq. com. 1. Dom. 2. SS. Perpetuae et Felicitatis Mm.
7.	2. A.	S. Thomae Aq. C. ED. dupl. <i>Lect. 1. N. Sapientiam.</i> 9. Lect. et com. 1. fer. 2. SS. Perpetuae et Felicitatis Mm. Gl. Cr. <i>In fine Ev. fer.</i> Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. fer.
8.	3. A.	S. Joannis de Deo C. dupl. <i>Lect. 1. N. Beatus vir.</i> 9. Lect. et com fer. Gl. sine Cr. <i>In fine Ev. fer.</i> Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. fer.
9.	4. (A.	S. Franciscae Rom. Vid. dupl. <i>Lect. 1. N. Mulierem fortem.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. sine Cr. <i>In fine Ev. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. fer.
10.	5. R.	SS. Quadraginta Mm. semid. <i>Lect. 1. N. Fratres debitores.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. sine Cr. 3. Or. A cunctis. <i>In fine Ev. fer.</i> Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. fer.
De Puritate BMV. fit 14. huius.		
11.	6. R.	SS. Quinque Vulnerum DN. JCh. dupl. maj. <i>Lect. suo loco.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. Cr. <i>Praef. de Cruce.</i> <i>In fine Ev. fer.</i> In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. fer.

Dies	Feria Color	
12.	S. A.	S. Gregorii I. PC. ED. dupl. <i>Lect. 1. N. Sapientiam. 9. Lect. et com. fer. Gl. Cr. In fine Ev. fer. In 2. Vesp. com. Dom.</i>
<i>Abit Jesus trans mare. Jo 6, 1—15.</i>		
13	D. Vc.	Dom. IV. Quadrag. Laetare 2. Cl. de ea, semid. <i>Lect. suo loco. Cr. sine Gl. 2. Or. A cunctis. 3. Omnipotens. Vesp. de seq. com. Dom. In Hymn. Jesu tibi sit.</i>
14.	2. A.	Puritatis BMV. dupl. maj. <i>fuit 11. huius. Lect. suo loco, 9. Lect. et com. fer. Gl. Cr. Praef. Et te in festiv. In fine Ev. fer. In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. fer.</i>
15.	3. A.	Comm. S. PN. Augustini. semid. <i>Lect. 1. N. Sapientiam. 9. Lect. et com. fer. Missa propr. „Statuit“. Gl. sine Cr. 3. Or. A cunctis. Praef. de SPN. Aug. In fine Ev. fer. Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. fer.</i>
16.	4. A.	Comm. S. M. Monicae. semid. <i>Lect. 1. N. Viduas honora e die 9. Apr. 9. Lect. et com. fer. Gl. sine Cr. 3. Or. A cunctis. In fine Ev. fer. Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. fer.</i>
17.	5. A.	S. Patritii EpC. ON. dupl. maj. <i>Lect. 1. N. de Comm. Ap. 9. Lect. et com. fer. Gl. sine Cr. In fine Ev. fer. Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. fer.</i>

De Pretiosiss. Sanguine fit 24. huius.

Dies	Feria Color	
18.	6 A.	S. Gabrielis Archang. dupl. 2. Cl. <i>Lect. suo loco.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. Cr. <i>In fine Ev. fer. Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. fer.</i>
19.	S. A.	<i>Applic. Miss. pro pop. S. Joseph Sponsi BMV.</i> Patroni tot. Eccl., ON. Protect. dupl. 1. Cl. <i>Lect. suo loco.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. Cr. <i>In fine Ev. fer. In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. BB. Evangelistae et Peregrini CC. ON.</i> <i>Cessant Suffr. SS., non tamen Preces. Ante Vesp. cooperiuntur Cruces velo viol.</i>
<hr/> <i>Quis ex vobis arguet me. Jo. 8, 46—59.</i> <hr/>		
20.	D. Vc.	Dom. Passionis. Judica. 1. Cl. de ea, semid. <i>Lect. suo loco.</i> com. BB. Evangelistae et Peregrini CC. ON. — In Missis de temp. usque ad Sabb. S. excl. <i>non dicitur Ps. Judica nec Gloria Patri ad Introit. et Lavabo. Cr. sine Gl. 3. Or. non dicitur. Praef. de Cruce.</i> usque ad fer. V. Coenae Dom. incl. <i>nisi aliter notetur.</i> Vesp. de seq. com. 1. Dom. 2. BB. Evangelistae et Peregrini.
21.	2. A.	S. Benedicti Abb. dupl. maj. <i>Lect. 1. N. Laudemus viros.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl. <i>sine Cr. In fine Ev. fer. In 2. Vesp. com. 1. seq. 2. fer.</i>
22.	3. A.	B. Ugolini Zephyrini C. ON. dupl. <i>Lect. 1. N. Justus.</i> 9. Lect. et com. fer. Gl.

Dies	Feria	Color	
			<i>sine Cr. In fine Ev. fer. Vesp. a cap. de seq. com. 1. praec. 2. fer.</i>
23.	4. A.		S. Cyrilli Hierosol. EpC. ED. dupl. M. S. <i>Lect. 1. N. Fidelis sermo. 9. Lect. et com. fer. Missa in Rom. 18. Mart. (vel fol. propr.) Gl. Cr. In fine Ev. fer. Vesp. de seq. com. 1. praec. 2. fer.</i>
24.	5. R.		Pretiosissimi Sanguinis DN. JCh. dupl. maj. <i>fuit fer. 6. praeced. Lect. suo loco. 9. Lect. et com. fer. Gl. Cr. Praef. de Cruce. In fine Ev. fer. Vesp. de seq. com. fer. tant. In Hymn. Jesu tibi sit.</i>
			De Septem Dol. BMV. fit 26. huius.
			<i>Missus est Angelus. Luc. 1, 26—38</i>
25.	6. A.		Annuntiatio BMV. dupl. 1. Cl. <i>Offic. Paroch. Lect. suo loco. 9. Lect. et com. fer. Gl. Cr. Dum cantatur a Choro „Et incarnatus est“, Celebrans cum ministris genufl. in gradu infimo altaris. Praef. Et te in Annunt. In fine Ev. fer. In 2. Vesp. com. fer. tant.</i>
26.	S. A.		Septem Dolorum BMV. dupl. maj. <i>fuit heri. Offic. Par. Lect. suo loco. 9. Lect. et com. fer. Ad. Prim. Qui passus es. Missa in Rom. post fest. Annunt. Gl. Seq. Cr. Praef. Et te in Transfix. In fine Ev. fer. In 2. Vesp. com. Dom.</i>
			De S. Joanne Damasc. ED. fit. 19. Apr.

Dies	Feria	Color

*Cum appropinquasset Jesus Jerosolymis.
Matth. 21, 1—9.*

27. D. **Dom Palmarum** 1. Cl. de ea, semid.
Vc. *Offic. Paroch. Lect. suo loco. — Benedictio Palmarum et Processio. — Missa propr. Or. unica. Cr. sine Gl. — Passio in Missa solemni legitur a Celebr. in latere Epist., in Missa priv. in latere Evang. Sacerdos non ante Pass., sed ante ultim. ejus partem dicit in medio altaris: Munda cor, neque se signat neque librum; in fine osculatur librum dicens: Per evangelica, quae etiam fer. 3. et 4. servantur, dum Passio legitur. — Praef. de Cruce. Benedicamus Dom. In fine Missae solem. Ev. s. Joannis ordin., in fine Missae priv. vero Ev. ex Benedict. Ramor. — Vesp. Dom. Hebdomada sancta, infra quam vet. Miss. vot. et de Req.; vide Notanda.*
- De B. Antonio de Patritiis fit 15. Apr.**
28. 2. De ea. *Prec. fer. Missa sine Gl. sine Cr.*
Vc. 2. *Or. Eccl. vel pro Papa tant. Vesp. fer com. S. Joannis Capistr. C. (fol. propr.)*
29. 3. De ea. *Prec. fer. com. S. Joannis a Capistr.*
Vc. *C. (fol. propr.) Missa sine Gl. sine Cr. Passio. 3. Or. non dic. Vesp. fer. com. S. Joannis Capistr.*

Dies	Feria Color	
30.	4. Vc.	De ea. <i>Prec. fer.</i> Missa sine Gl. sine Cr. Passio. 2. Or. Eccl. <i>vel pro Papa. tant.</i> Vesp. fer. — <i>Matut. tenebr. in Eccl. post Litan.</i> — <i>Tribus seq. diebus prohibentur Missae privatae.</i>
31.	5. A.	<p>Coena Domini, dupl. 1. Cl. <i>Offic Abb.</i> Post Nonam cantat. Missa, <i>in qua omittit. Psalm. Judica et Gloria Patri ad Introit. et Lavabo; dicitur Gloria in excelsis, ad cujus intonat. pulsant. organ. et campan., quae postea silent usque ad Sabb. Sanct.</i> Or. unica. Cr. Praef. <i>de Cruce, Communicantes, Hanc igitur et Qui pridie propr. Dicitur Agnus Dei sed non datur osculum pacis. Fit Communio totius Cleri et Ecclesiae Inservient.</i> Ite Missa est. Ev. ultim. S. Joannis <i>ordinar.</i> — <i>Cruz Altar. durante Missa tegitur velo c. A., cruz pro Processione velo c. Viol.</i> — <i>Tres in Missa solemni consecrantur Hostiae, quarum una hodie, altera cras sumitur, et tertia in Monstrantia collocatur.</i> Post Miss. fit <i>Processio in pluviali c. A. ad Sacellum, ubi reponendum est SS. Sacrament. et cantat. Hymnus Pange lingua. Exting. lampades usque ad Sabb. Sanct., una tant. ardente coram SSmo.</i> Post Missam <i>denud. Altaria, dum recitatur Psalm. Deus, Deus, meus.</i> — Vesp. et Complet. <i>suo loco.</i></p>

Dies

Feria
Color

APRILIS, 30 dierum.

De B. Catharina Thomas V. hoc anno nihil.

1. 6. **Parasceve**, dupl. 1. Cl. *Offic. Paroch.*
N. *Ad Caerem. c. Nig. — Detecta s. Cruce pro adoratione deteguntur et reliquae. Circa finem adorat. Crucis accendunt. candelae super Altare et fit Processio ad Sacellum, ubi pridie SSmum repositum fuerat. Dum defertur SSmum, cantat. Hymn. Vexilla Regis. — Missa Prae-sanctificat. Ad Elevationem (quae fit manu dextera tant., dum sinistra cum patena super corporale collocatur) non incensat. SSmum. Dein defertur SSmum ad Sepulchrum, ad quod deportand. adhibet. Pluviale c. N. et velum c. A. et cantat. mottetum Ecce quomodo moritur iustus. Hodie omittunt. in Choro salutat. Post adorationem Crucis omnes ante eam transeuntes genuflect. debent usque ad Nonam diei seq. inclusive. — Eucharistia non administratur nisi infirmis. Vesp. et Compl. suo loco.*

Matut. hora 4. in Eccl.

De S. Francisco de Paula nihil fit.

2. S. **Sabbatum Sanct.** dupl. 1. Cl. *Offic. Par.* — *Benedictio ignis, Cerei paschal., Prophet., Benedictio fontis bapt. et Lyt.*
A.

Dies

Feria
Color

in c. Viol. Diaconus tamen portans arundinem cum 3 Cand. indutus sit Dalmat. c. A. Missa propr. Ps. Judica. Ad Lavabo: Gloria Patri. Gl. sine Cr. Praef. in hac potissimum nocte. Communic., Hanc igitur propr. Non dicitur Agnus Dei, nec datur osculum pacis. Ite Missa est cum dupl. All. (uti et Bened. Dom. in Vesp. et Laud.) usque ad Sabbat. seq. incl. — Vesp. et Compl. propr. Post Complet. et deinceps. Ant. Regina Coeli semper stando. Ad mensam: Vespere autem Sabbati.

Maria Magdalene. Marc. 16, 1—7.

3. D. **Dom. Pasch. Resurrectionis DN. JCh.**

A. dupl. 1. Cl. cum Oct. *Offic. Abb. In Choro ad Martyrolog. ante Calendas legitur primo loco: Hac die quam fecit Dominus, Solemnitas solemnitatum et Pascha nostrum: Ressurrectio Salvatoris Nostri Iesu Christi secundum carnem. Post Calendas Martyrologium diei sequentis. — Gl. Sequentia. Cr. Praef. In hac potissimum die; Communicantes et Hanc igitur propr. per tot. Oct. — Ad mensam: Haec dies quam fecit Dom. per tot. Oct. Vesp. et Compl. suo loco. — Hebdomada privileg., infra quam vet. Missae vot. et de Req. (Cf. Not.)*

De S. Isidoro ED. fit 18. huius.

Dies	Feria Color	
<i>Duo ex discipulis. Luc. 24, 13—35.</i>		
4.	2. A.	Fer. II. Paschae. dupl. 1. Cl. <i>Offic. Paroch. Ant. ad Bened. et Magn. quotidie propr. per tot. Oct.</i> Gl. Seq. Cr. Vesp. 2. De S. Vincentio Ferr. hoc anno nihil fit.
5.	3. A.	<i>Applic. Miss. pro pop.</i> Fer. III. Paschae. dupl. 1. Cl. Gl. Seq. Cr. In 2. Vesp. com. B. Catharinae a Pallantia V. ON.
6.	4. A.	De Oct. semid. com. B. Catharinae a Pallantia V. ON. <i>sine Lect.</i> Gl. Seq. Cr. 3. Or. <i>non dic.</i> In 2. Vesp. com. 1. B. Julianae Corn. V. ON. 2. B. Catharinae V.
7.	5. A.	De Oct. semid. com. B. Julianae Cornel. V. ON. <i>sine Lect.</i> Gl. Seq. Cr. 3. Or. <i>non dic.</i> In 2. Vesp. com. B. Julianae V.
De B. Clemente a S. Elp. fit 16. Apr.		
8.	6. A.	De Oct. semid. Gl. Seq. Cr. 2. Or. Eccl. <i>vel pro Papa tant.</i> In 2. Vesp. com. Translationis S. M. Monicæ.
9.	S. A.	Sabb. in Albis, de Oct. semid. com. Translationis S. M. Monicæ. Gl. Seq. Cr. 3. Or. <i>non dic.</i> <i>Ab hac die non dicitur Graduale, sed duo VV. cum 4. All.</i> — Vesp. e Sabb. ritu dupl. a cap. de Dom. com. Transl. S. M. Monicæ.

Dies	Feria Color	
